ferenda sentencia de hominibus erat. Si quid contra ius
admisisse putarentur eosq: si populi consensu damnaret
capitali affici necesse erat. Lecto deinde decreto quidam
ut ascriberentur dignum arbitrabantur quo Phocion rote
deligatus neci declaretur. Quin iam rotam introferri et
lictores accessi iubebant. Id clytus grauissime ferre ce
perat. Quod cum aiaduertit Agonides utpote nefariu̅
& barbarice ymanitatis facinus existimans q̅n Calime-
dontem indignum plagis in potestatem redactum habe
bimus inchi Athenienses. is rote deligandus erit. De Pho
cione uero nullam ergo huisce generis rem scribo. tum ex
his qui aderant uir quidam equissimus succlamans.
R ecte sane facis q̅n si Phocionem hunc in modum crucia
bimus. quonam te pacto afficiemus. Demu̅ facto decreto
& auctoritate populi atq: consensu approbato sedere ne
mine̅ cunctos stare & plurimos quidem coronis ornatos
cerneres. Sic illi rei mortis damnati erant una cum Phocio̅e
N ycodes. Tudippus. Hegemon. Pithodes. capitali quoq: pena
plectendos da̅nat. Demetrium phalerium Calimedontem
C haridem & alios quosdam & quidem absentes. Cum igitur
soluta concione homines in uincula conijcerentur: ceteri
inter amicorum & necessariorum complexus querimo-
nias & comploracione̅ tollentes uadebant. Eo auto̅ uultu
Phocionem contemplati: quo imperator olym magna popu
li frequentia e senatu domu̅ honorifice reduci solebat
non uehementer admirari non poterant. Precipuam in eo uiro
animi magnitudinem intuentes: ut sui securus & nulla ex
parte perturbatus esset. preter labentes inimici conuicia
iactabant. Unus etiam propius accedens e regione expuit
T um Phocion coniectis in primores urbis oculis dixit. hunc ta̅ta
mihi turpitudine procaciter insultante̅ oro quisqua̅ reprimat
T udippus ubi uenenu̅ in carcere conteri uidit: tristis i̅doluit

constan̂tia Phocionis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_918/0224
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG